Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Fur vide furari
Futura mendacii pater qui nec veritatem exhibet vmbratilem donec veritatis filios seducat incipiet in iehemiaz
Sic saul dum phitonissam consulit cum filiis suis in montibus gelboe meruit interfici Et sequitur oraculo appollinis
circumuentus est alexander Et sequitur
Igitur fma xpiani nil de futuris inquirere
sed illius dispositionem humiliter obediencie
qui disponit omnia suauiter cuius consiliarius nemo fuit non possumus ei dicere
tur ita facis domini est quod bonum est
in oculis eius faciat non laboremus nosse
tempora uel momenta que pater posuit in sua
potestate petrus blesen epla lxv.

Gaudere vide offendere
Gehenna vide ocium pena seruitus sublimatus timor
Gemma vide epus
Gemitus vide dolor pena seruitus
Generacio vide correctio parentela
Generositas Audiam generositatis stipitem laudas Solet equidem ramus
radicem et fructus stipitem suum commendare Et que vtilitas in veteri trunco
suam emarcuit si ab eo fructus commendabilis non procedit petrus blesen epistola iiij vide gloriari
Genitalia vide membrum
Gentes vide oracio
Gentilis de fabularum gentilium moralitate quoque forma eruditionis elicitur
quia fas est et ab hoste doceri petrus
blesen epla xxi vide culpa ius ciuile
phia reuelare ira psul.
Genus vide adulator correctio nobilitas platus
Germanior vide anima salus
Gestus vide humilitas.
Gladius petri in rubiginem obductus
est et quia non potest incidere datus est
in contemptum etc. petrus blesen epla
lxxiij et incipit in ecclesia anglorum
uel anglicana.
Gladius potestates equidem a deo constitute sunt vt accipiant gladium ad vindictam
malefactorum laudem vero bonorum De
hiis autem qui sibi vsurpant gladii vsum
scriptum est quia omnis qui acceperit gladium gladio peribit Nam tunc illi qui potestatem
gladii ex officio acceperunt quia tamen sibi
commissa abusi sunt potestate gladio pierunt Certe si Romanorum principum seriatim
facta considerares nullum eorum inuenies
sanguinis effusorem cuius sanguis effusus
non fuerit Julius cesar a bruto et cassio. Anthonius interfectus est a serpo.
Claudius cesar a Gaio. a Caligula gaius a petromanis militibus est occisus
Nero beatorum petri et pauli occisor sui
ipsius factus est interfector Successit
nero in galba quem interfecit otho qui etiam
postea interemptus est a serpo Successit
ei Vitellius qui morte occisus est pessima
humana caruit sepultura. domicianus
ei proximus qui beatum Johannem euangelistam in pathmos insulam in exilium relegauit dampnatus est a senatu et in spullacio interfectus Aurelius comodus
elyus pertinax Julianus quoque eius interfector et aurelius et anthonius macer
marcus aurelius Alexander romanus
maximus Julius. gradianus. philippus
et decius. gallus preterea et filius eius
volussianus quintillus aurelius probus
omnes hii et alii quos tam de gentibus
quam iudeis alibi recensemus qui presumptuose et inique gladii exercuerunt officium
in ore gladii corruerunt Verbum enim prophete est Viri sanguinum non dimidiabunt
dies suos Sane inter illos quos in gladio animas nouimus exalasse fuerunt plerique
qui non vtebantur gladio nisi ad fructum
iusticie. Vel ad rebellionem gentis barbare expugnandam Et hii ex debito cursu naturali resolucione corporis tributum
condicionis humane soluerunt Nerua
enim qui beatum Johannem euangelistam ab exilio reuocauit Elius Adrianus qui iherusalem reedificauit et eam nomine suo
elyam designauit Anthonius etiam pius
gladiorum senciam euaserunt Aurelius
vero et Julianus apostota xpiani nominis
persecutores pessimi ab ipso xpo celesti iudicio sunt percussi petrus blesen epla xliiij
Vide crux ecclesia inuidus misericordia
miles presul.
Gloria Deum fallax et vana est gloria
quam homines ab inuicem petunt et accipiunt
et gloriam que a solo deo est non querunt
Vere vana quia vere vani filii hominum petrus
Blesen epla Ciij
Gloria Si gloriam que ab homine est querimus
gloriam illius qui dat graciam et gloriam perdimus

132